

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Capitulum

13

soli boni et virtuosus honorandi sunt: Sed inoppositum est quod idem p[ro]ph[et]a dicit: Honor n[on] est in honorato sed in honorante. **E**t sic sacerdos est vicarius cristi et qu[od]uis malus sacerdos de iure non honoratur. honorat t[ame]n q[uod] vicarius cristi. **E**xemplu[m] habes. Nam ymagines cristi vel beate marie virginis quis fiant de vili ligno. aut etiam luto sine lapide: honorant t[ame]n p[ro]pter illos quor[um] ymagines sunt. Sic et tu malum sacerdotem honora p[ro]pter eius cuius est sacerdos et vicarius: Christus eni[m] honoravit sacerdotes iudeor[um] qu[od]uis essent mali nobis in exemplum: Christus ait **P**ropter bonos sacerdotes decet et te malos honorare ne propter malos bonos contempseris. **M**elius est enim malis iniusta prestare q[uam] bonis iusta denegare: Frequenter enim de malo homine bona doctrina p[ro]cedit. **E**cce eni[m] viliis terra preciosum p[ro]ducit aurum. **N**unquid p[ro]pter vilem aurum: preciosum contempnitur: sed sicut aurum eligitur et terra contempnitur seu relinquitur sic et vos a malo sacerdote doctrinam bonam accipite et mores eius p[ro]p[ri]os relinquit: **M**as et apibus herbe non sunt necessarie sed flores. Sic tibi non sunt viles iniquitates sacerdotum sed doctrina eor[um]. **S**ed diceret aliquis quomodo possunt mali sacerdotes luxuriosi sup[er]bi excommunicati symoniaci alios mundare: cu[m] tamen p[ro]ph[et]a dicit: **A**b immundo quis mundabitur. **E**t ibi si cecum ducit ambo in foveam cadunt. **E**t qui per se ligatus a dyabolo quod potest alios solvere a nexibus peccator[um]. **R**espondeat q[uod] duo consideranda sunt in sacerdote malo videlicet vita mala que est eius: **E**t officium sanctu[m] et immaculatum quod est ipsius ecclesie et e nobilius. cunctis opibus huius mundi. **M**as alij p[ro] eor[um] officia lucrant divitias terrenas sed sacerdotes p[ro] eor[um] officia lucrant a[n]i[m]as cristi preciosi sanguine redemptas quas n[ost]ras a[n]i[m]as cristus multo meliores sanguine suo reputavit. qui ipsas redemit. q[uod] emens rem emptam preciosiore estimat precio p[ro] quo emit. **N**ota diligenter quod dico: **Q**uis eni[m] in hominibus tot a[n]i[m]as dyabolo abstulit et deo tradidit sicut officium sacerdotale. **E**rite nemo quis eas in bap[ti]smo generavit nisi ordo sacerdotalis.